


1536. 15. Aprilis.

Sigismundus I. Rex Poloniae,  
Stanislaus Janczynski Succamerario  
Sandomiriensi.

Miramur et graviter ferimus tuam fide:  
litatem teum degenerem esse, a majorum suo:  
rum instituta, qui si quid agendum esset, jure  
semper, nunquam vi agebant, tanque imme:  
morem jus jurandi, quod nobis debet, quum  
officium quo fungitur nostra benignitate  
acciperet, nimirum ut securitatem homi:  
num praestaret, ac procuraret semper eo  
audacia provectorum esse, ut neglecto, et con:  
tempto jure vi atque minis agat, preser:  
tim adversus Venerabilem Jacobum de Kle:  
parz theologiae doctorem et concionatorem  
Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis hominem  
non minus mitem, et incorruptis moribus,  
quam eruditum, et qui nobis Ecclesiae Cra:  
coviensis, atque adeo toti regno, magno est  
usui, atque ornamento. Quare, ut sit scien:  
fidelitas tua, recepimus eum in protectio:  
nem nostram, prolixèque ei de securitate  
vite literis nostris cavimus, severe anim:  
adversuri in omnes, quorum vel jussu, vel ope:  
ra, vis ei aliqua, aut injuria facta fuerit,  
Quod vero ad minas et factum tuae fidelitatis

attinet





attinet, etiam severè judicabimus, cum Dei  
benignitate salvi et incolumes in Poloniam  
redierimus, et a domino episcopo Cracovi:  
ensi, vel a capitulo ea de re conventi fue:  
rimus. Vitne quindecima Aprilis, 1536 ~